

## TABLA.

particula. 9. Puto enim hoc valde expedire  
 ipsis vouentibus, quibus tamen Prelati per  
 hoc opera supererogationis facere [cessante  
 ad hoc omni voto] non prohibebunt, dūmo  
 do non sint in pręiudicium Religionis.

¶ Idem en la. 7. concession. Fratres Men-  
 dicantes possunt dispensare in foro interio-  
 ri, in omnibus impedimentis Matrimonij,  
 quę sunt de iure positivo, & non de iure di-  
 uino. Et pręsertim post factum, & hoc quā-  
 do factum sic est occultum, quod probabi-  
 liter non debet deuenire in publicum, Ros-  
 fen. in tractatu, de Matrimonio Regis An-  
 glię. Ex hoc infertur, qđ in ipso foro interio-  
 ri, possunt dispensare cum eo, qui contraxit  
 cum ea, cuius matrem, aut sororem, aut e-  
 ius aliquam cognouit prius cōsanguineam.  
 Idem è contrario dicendum, de ea quę nupsit  
 viro, cuius quidē viri pater, aut frater, aut  
 alius consanguineus, eam prius cognouit.  
 Hęc si quidem impedimēta sunt de iure pos-  
 sitiuo Ecclesiastico, secundum Sco. in. 4. d.  
 40. Abulen. 1. Reg. c. 8.

¶ Idem dicendum de eo, qui viuente vxo-  
 re cōtraxit cū alia sciente, per verba de prę-  
 senti, vel de futuro, sequuta copula carnali.

¶ Idem